




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Censvræ Et Invectivæ
Ex Mvltis Aliqvot In Sanctos Patres Et Ecclesiæ Doctores,
In DD. Scholasticos Tam Antiqviores Qvam Recentiores,
Nominatim In Primarios Societ. ...**

Bivero, Pedro de

Antverpiae, 1641

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73756)




Th. 447a.




D. V

5.



15
2



CORNELII IANSENII
EPISCOPI IPRENSIS
CENSURÆ ET INVECTIVÆ
EX MULTIS ALIQVOT
IN SANCTOS PATRES
ET ECCLESIAE DOCTORES,
IN DD. SCHOLASTICOS
TAM ANTIQVIORIS QVAM RECENTIORES,
NOMINATIM
IN PRIMARIOS SOCIET. IESV SCRIPTORES,
EX
IMPRESSO NVPER ILLIVS AVGVSTINO
VERBOTENVS EXPRESSÆ,
AD EMINENTISSIMVM
ET REVERENDISSIMVM
CARDINALEM
DE LA CVEVA
E SACRA CONGREGATIONE
SANCTÆ INQVIGATIONIS.

ANTVERPIÆ
Apud IOANNEM MEVRSIUM.
ANNO M. DC. XLI.

CORNELII IANSENII
EPISCOPI FRISII
OBSERVATIONES ET INVECTIVAE
IN SANCTOS PATRES
ET ECCLESIAE DOCTORES
IN DE SCHOLASTICIS
ET ANTIQVOS QVAM RATIONE
NON IN AETERNUM
MINIMATIONE QVOD EST IN
DE
PENSATIONE INTER ALIOS ANTIQVOS
VERITATEM QVOD
AD PUNITIONEM QVOD
ET PUNITIONEM QVOD
CARMINA QVOD
DE IANSENIA
FACTA CONSIDERATIONE
SANCTE INVECTIVAE
IN TVERIE
Apoth. JOHANNES MEYER
ANNO MDC. XLII.

Boke
De D...
...
...

EMINENTISSIME
ET REVERENDISSIME
DOMINE



OTARIT haud dubiè Em. V. illustrem illam clausulam nuperæ Querimonie ad SERENISSIMUM CARDINALEM INFANTEM, qui, coronidis quasi loco, à Bibliopola Zege-rio compellatur his verbis: *Non est igitur quod Celsitudinem Tuam iudicij & electionis pœniteat, quando Iansenium ad Cathedram nominavit Ipressem. Nemo è Belgio à centum fortè & amplius annis omnes veri Episcopi, quas Paulus ad Timotheum & Titum describit, dotes proprius in se expressit. Præclaram enimverò Bibliopolæ Louanien- sis de Episcopo crism! si quidem multum est à laudato laudari. Ceterum nescio an legerit, vel intellexerit is quod locis ab eo memoratis requirit ad Episcopum Paulus: Oportet, inquit 1. Tim. 3. Episcopum irreprehensibilem esse modestum non litigiosum. & ad Tit 1. Oportet Episcopum esse non iracundum; sed benignum, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem. Quemadmodum Iansenius implevit & expresserit, in suo præsertim Augustino, has Episcopi partes ego non dispuro. Vnum hoc dico; nullum mihi vel notum esse, vel lectum ab annis centenis Episcopum qui tot vnus, imò qui tot simul omnes, in ceterorum senta Doctorum censuras, inuectiuasque congesserit, quot in vno Iansenio possunt deprehendi. Habet has V. Em. è pluribus paucas, quas verbotenus è toto passim Iansenij opere Louanien- ses nostri Theologi collegere. Ab his ego illas accepi, censuique V. Em. mittendas, futuras vsui in causa, quæ disceptatur.*

Ad extremum, EMIN. DOMINE, ne quid desit, adiiciam censuram S. Augustini, & quidem ipsiusmet expressam verbis, vt melius constet V. Em. quid de Augustini Ianseniani grauib. censuris & inuectiuis sentiendum sit. Hic concludo, &c.

Petrus Biuerus.

AD LECTOREM.

AMICE Lector, pauca hæc, quibus in grauiſſima cauſa inſormare oportuit ſupremos Romane Inquiſitionis poſt Pontificem Summum Iudices, exiſtimauiſus ad te quoque pertinere. Elegantiæ ſunt, quibus Cornelius Ianſenius quinque ſeculorum Scholaſticos Doctores in ſuo Auguſtino exornat; eos ſcilicet, inter quos multi ſanctitate conſpicui, miraculis clari, Cardinales, Epifcopi, hæreſum debellatores, omnes verò totius Chriſtiane Reipub. Magiſtri, quibus (ſi Deo placet) pueriles hallucinationes, inſanias, ineptias, & ut verbo dicam, hæreſis Pelagiana, & Semipelagiane reſuſcitationem per omnes libri ſui angulos compoſitis verbis affricat; quâ modeſtiâ, qua verborum lenitate, ipſe dicet.

Hanc deſenſionis formam antea æquiſſimam quidem, ſi eâ vti libuiſſet, modo verò neceſſariam nobis fecerunt boni illi Ianſenij aduocati, qui neſcio quo affectu erga Societatem noſtram præoccupati, non ceſſant per vniuerſum Belgium inuidioſè declamare in Theſes illas, nuper Louanij in publico conſeſſu, ad veritatis examen facta omnibus oppugnandi poteſtate deſenſas, quibus Ianſeniana doctrina Theologico more reſutata eſt, tamquam in uſu limites omnes Chriſtiane modeſtiæ egreſſi fuerimus: licet non adſerant niſi verba pauca, quibus nimis indignè tractatum Epifcopum clamitant. Hinciam in libellis ſuis contra nos editis, quidquid infelicium verborum eſt, quaſi ex armamentario quodam, in Theſes illas depromunt: vocant contumelioſiſſimas, inſolentiſſimas, famoſas, infauſtas, portentofas, prodigioſas, amariffimas, ſimetum, Augiæ ſtabulum numquam ſatis expurgandum. Hæc an ſatis modeſtè dicta ſint, æquus Lector iudicet. Nos certè pro Theſibus noſtris aliud nunc patrociniũ nolumus, quam ipſuſmet Ianſenij: nos ſilebimus, ipſe pro nobis ſuis verbis perorabit.

Quod ſi meridiana luce clariùs patuerit, Ianſenium arroganter, acerbè, contumelioſè, non dico tria verba, ſed centenas ſententias, ipſumque adeo vniuerſum ſuum Auguſtinum, in nos protuliſſe; dabitur nobis, ſpero, venia, qui duobus dumtaxat verbis Ianſenium leſiſſe arguimur, Thraſonis & Impoſtoris; qua tamen ipſa duo nomina quam non immeritò in illum cadant, imò quam iuſtè ea toto opere ſuo promereatur, non mea, ſed ipſuſmet loquetur oratio. Nam quis mortalium eſt, qui neſciat, naturam ipſam vniciuſque concedere, ut ſub iteratis verberum ictibus gemitum edere liceat, & protenſo ſaltem cubito ferientem hoſtem repellere? Ut ſi grauiſſimis contumeliis, criminationibusque obruatur, ſine iniuria dicere poſſit, falſò imponi hæc ſibi? Ut, ſi quem audiat thraſonicè ſe cum glorioſiſſima tactantia efferre, ceteroſque omnes habere ludibrio, quaſi ſolus ipſe ſapiat, reliqui velut umbra vagentur, eum poſſit militem vocare, glorioſum? Iam verò quam liberaliter in huiusmodi rebus

rebus se gesserit Iansenius, ipse testabitur: alio, ut dixi, teste, alio oratore non est opus.

Sed Episcopus est, inquit. Agnoscimus. Et quidem si illius dignissimi nominis rationem habuisses, non ita, credo, scripturum fuisse. Interea non Episcopus unus dumtaxat, sed Episcopi centeni sunt, sed sanctissimi, doctissimi, et Cardinales, sed viri sanctitate perspicui, sed orbis Magistri, sed Religiosi ordines uniuersi, quos ille sibi scopum facit, in quem censuras suas, ac deteriorum genus omne sine modo et aculeo. Verum laudabile non est malum malo rependere. Ita quidem, si iuste tutele et veritatis defendende ratio id non sinat, imo si non iubeat. Illi licebit Christiana Reipub. Doctores in dolosa statera cum Semipelagianis ac Pelagianis appendere; et vitio dabitur si ad statera huius iniquitatem declarandam, anti-stateram quis constituat, in qua iustissimis momentis, quid trutinator iste ponderis habeat, alius diiudicandum relinquatur? Quid? Vitio verti potest viro nobili et optimo genere castissimisque aptus oriundo, si impostorem vocet, etiam Episcopum, qui genus illius palam traducat, et matrem affirmet fuisse meretricem? Quid? Vitio verti potest viro Catholico, parentibus maxime Catholicis, et pro fidei causa carceres mortemque perpeffis procreato, si impostorem vocet, etiam Episcopum, qui parentes eius palam traducat, et affirmet fuisse hereticam labe contaminatos? Atqui Iansenius matrem nostram castissimam, Societatem, an non meretricem facit, quando eam cum Pelagianis, Semipelagianisque commiscet? an non parentes nostros affirmat hereticos, quando palam et toto opere suo clamat Bellarminum, Suarium, Vasquium, Molinam, Valentiam, Lessium, nihil distare Massiliensibus.

Et miratur scilicet adhuc modestus ille Doctor, sub nomine idiota Typographi, et irridens ait: Si minimo digito tangantur Cadmaei fratres, (Societatis homines) vocales sunt & clamosi. Itane o bone! quisquis es (nam lucem fugis, et nomen tuum erubescis) itane vero minimo digito: atqui tota mole corporis, et omnium contentione neruorum a capite ad calcem casti sui voluminis, quantum potest ac valet id agit Iansenius, ut quidquid est Scholasticorum, per latera scriptorum Societatis prosternat ac ingulet, in hoc arietes et balistas sesquipedalium verborum expedit: in hoc omnes eloquentie sue vires exhaurit. Si hoc est minimo digito leuiter tangere, quid tandem futurum censeas, si pleno pugno feriat? Verendum profecto esset, ne quidquid est a tot seculis hominum Doctorum exossatum eam, ac misere comminutum. Sed age, qui Salomonici Roboami lingua tam bene vteris, caue, sis, ne etiam male feriato consilio utaris: aiebat ille populo Israelitico petenti mitiora: Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem caedam vos scorpionibus. Nimis calidum id fuit, et iuuenile ac imprudens consilium, teste Scriptura. Obsecro te, meliora: nam profecto metuendum est, ne Roboami sequere vestigia, qui ita strenue in istis modestissimis tuis libellis occæpisti, quibus uniuersam

Rom. 2.

Theſum machinam te difflaſſe præſumis. Amicè, ni fallor, faciet, qui maturius tibi conſilium ſuggeret, ac dicet: Vide ne Apoſtoli illud in te quadret; In quo iudicas alterum, teipſum condemnas. Nam iniuriam vocas non ferendam, quòd Ianſenio, tam liberaliter inſultanti, paucula verba regeſta ſint à Theſum Auctoribus: quid ergo de te æquis aliquis cenſor dicere poterit, qui nec factò, nec verbo læſus, homines religioſos tam inſolenter inuadit? At Apoſtolus: Qui alium doces, teipſum non doces? qui prædicas non furandum, furaris? Apoſtolicà phraſi te alloquor: Qui modèſtiam doces, ipſe eam tranſgredieris? qui arguis ſexcentis diebus læceſſitos, quòd verba pauca, iuſtiſſimè & ad ſamam neceſſaria deſenſionis gratià, reponant, ipſe non læceſſitus vltro linguam in maledicentiam laxas? Præpoſterus ſanè hic rerum ordo eſt. Vides, Amicè Lector, quòd res hæc ſpectet. Non moror te diutius: lege, ſi placet, quæ attexta ſunt ipſiſſima Ianſenij verba, quæ, iam dudum coacti, tandem pro nobis adferimus, & iudica.

CAPVI

I

CAPVT PRIMVM.

Pelagianismus & Semipelagianismus SS. Patribus & DD.
Scholasticis à Iansenio imputatus.

1. Negat DD. omnes Scholasticos intellexisse Pelagianorum & Semipelagianorum genuina dogmata.
2. Ait Scholasticos iisdem hæreticis longè alios quàm tenuerint errores affinxisse, & imposuisse, ut se à similibus dogmatum suspicione liberarent.
3. Proinde affirmat eos in istorum errores, siue prudentes, siue imprudentes, passim incidisse.
4. Imò etiam in peiores.
5. Atque ita sibi vni præ omnibus intelligentiam arrogat, & in omnes iudicium usurpat.

Pelagianis non ignobiles huius ævi scriptores quædam imposuerunt, quæ numquam vel per somnium cogitauerunt, quædam itidem ab eorum sententiis remouerunt, quæ pertinacissime docuerunt. Quod quidem forsitan non tam Pelagianæ hæreses declarandæ, quàm suæ opinionis astruendæ conatu, neque tam sinceræ veritatis, quàm partium studio subinde factitatum esse facile credi potest. Vt enim quodque vel sententiæ, quam arripuerant, fulciendæ seruire videbatur, vel aduersariæ infamandæ opportunum, mox idem Pelagio adimendum, vel tribuendum esse censuerunt; vsque adeo, vt nonnullas capitales opiniones à Conciliis Ecclesiæ Catholicæ condemnatas, quas somnolentâ quadam Augustini inspectione, illius Sancti disputationibus defensas fuisse nonnulli existimauerunt, etiam sibi tuendas. . . . indicauerint. Quæ siue licentiæ, siue negligentia in rebus tam arduis delicatisque, quam sit fidei Christianæ periculosa, nihil opus est verbis exaggerare. . . . tales dogmatis Pelagiani ignorantia abrepti, vel distimulata facie secuti, &c. In præfatione ad tomum 1.

Ecce tibi in ipso exordio Scriptores huius ævi Iansenio indice impostores sunt, Somnolanti, Negligentes, capitalium hæresion defensores.

2. Nonnulli Recentiores (Lestus, Molina, Suarez.) Massiliensium opinionem non satis intelligentes, confidenter docent, posse hominem naturaliter credere, beatitudinem cælestem optare, &c. sed actibus imperfectis, & omnino insufficientibus, in quibus nullum gratiæ meritum collocari possit. tom. 1. col. 515.
3. Quod si Massiliensibus concesserimus (quod Recentiores volumi-facientes quod in se est veribus natura. gratiam sine merito assequi posse) nescio equidem quid amplius ipsi postulare potuissent, vel cur meritum rationem vrgere, &

Augustino extorquere voluissent: vnde Recentioribus magnoperè verendum est, ne quorum scopus, & rationes, & argumenta omnia, à primo vsque ad vltimum, ipsis tantoperè placent, eorum quoque doctrinam philosophicâ palliatam subtilitate tueantur. tom. 1. col. 519.

Nihil inter Massilienses & recentiores discriminis facit, quàm quod hi sua palliare norunt, hoc est erroris simulationem addunt.

4. In hoc delusi sunt Recentiores, quod verum cardinem difficultatum omnium, quibus Massilienses in errorem abrepti sunt, minus, quàm par esset, attenderint vel penetrauerint. tom. 1. col. 532.

5. Hanc Massiliensium difficultatem, qui vel aduertere vel penetrare non possunt, non est mirum, si in reliquis eorum placitis toto cælo fallantur, & vera falsis permiscendo, non videant quid in Massiliensibus fugere debeât, vel tenere. Non est mirum, si nescio quam sufficientem gratiam doctis indoctisque intellectu facillimam, quam ipsi velut profundum mysterium agnoscunt, & prædicant, Massilienses tamquam irreconciliabilem libertatis inimicam horruisse persuaident. tom. 1. col. 534.

6. Mihi constitutum est. . . . illa potissimum Pelagij sententiæ, & pronuntiata considerare, quæ à Recentioribus non satis videntur esse penetrata: quorum alia non intelliguntur, alia non putantur esse noxia, alia etiam sanâ indicantur. tom. 2. in præfatione libri de statu naturæ innocentis col. 74.

7. Quod argumentum. . . . si Scholastici Doctores, eâ, quâ fas erat, attentione ponderassent, non in eas opiniones se compegissent, vnde euadi, sine maxima Catholicæ & Pelagianæ doctrinæ perturbatione, non potest. Sed quia tenuiter admodum ipsis Pelagianus error perspectus est, magisque propriis tuendis principiis, quàm veritati ex Augusti-

no indaganda intenti sunt, Pelagianis iam sepultis & silentibus, facile quilibet imponitur, & celeberrimum ingeniorum, veluti crassissimum, intoleranda hebetudo apud imperitos. tom. 3. col. 129.

Pelagianos subtiles facit, ut eos non petus quam Recentiores de Gratia sensisse concludat.

8. Nonne infamia simile esse videretur talis gratiæ adiutorium, veluti nocturnum spectrum expalescere? quanta igitur absurditas eorum, vel sententiæ tuendæ pernicacia censeferi debet, qui cum scient... adhuc hominibus tenebras offundendo persuadere volunt, Massilienses hoc genus gratiæ, quod sibi, & ipsis tantopere placet, horruisse, tantisque calumniis onerare. tom. 1. col. 511.

Recentiores, quia docent dari Gratiam cui resisti possit, (hactenus ab omnibus Catholicis admissam) dicit absurdos, pernicaces, & hominibus tenebras offundere.

9. Hinc ergo fit quod omnes illi, qui difficultates illâ dominatrice arbitrij libertate fugere voluerunt, vnanimiter Massiliensium interpretationem avidè arripuerint, ut nempe Deus velit omnes homines saluos fieri... in qua expositione tradenda Pelagium ipsum, & omnes, qui isti errori siue prudenter, siue imprudenter fauent, patronos habent. tom. 1. col. 512.

10. Ex quibus meridiana luce clarius liquet ex Augustini mente erroneam esse sententiam, quam tamquam illi Scripturæ Apostolicæ congruentissimam Recentiores tantopere sibi placere testantur. tom. 1. col. 514.

Omnes ergo manifesti Pelagianismi reos facit, etiam Patres (quos vide Theol. cap. 2. art. 5.) qui illud 1. Tim. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri de omnibus omnino hominibus exponunt.

11. Omnia dogmata Diuinæ gratiæ contraria serpentinis voluminibus ita sunt implicata, ut ne latum quidem vnguem à semita per D. Augustinum strata & stabilita desecti queat, quin omnium errorum contra gratiam, quorum Pelagius insimulatus fuit, reus agi & peragi possit. Ex quo etiam fit, ut nemo in hoc argumento Semi-Pelagianus re ipsa, sed solo nomine esse possit. tom. 2. col. 59.

Ergo Patres Græcos & reliquos Doctores, quos Semi-Pelagianos dicit, re ipsa facit Pelagianos.

12. Doctrina ista Recentiorum (Iudeis datam fuisse Gratiam sufficientem seruandæ legem) tamquam Apostolo, & Augustino è diametro contraria, & quasi ex proposito ad delendos eorum sensus excogitata, per se ipsa corruet. tom. 3. col. 43.

13. Ista Scholasticorum doctrina, tanta liberalitate gratiam largientium... dici potest à Massiliensibus, ceterisque Semi-Pelagianis ortum habuisse, & in Catholicorum

scholas esse translata. tom. 3. col. 323.

Non iam scriptores tantum, sed ipsas Catholicorum scholas Pelagianismo inficit.

14. Argumentum pro gratia sufficiente omnium, lumpsum ex eo, quod Christus sit redemptor omnium, & pro omnibus crucifixus, & mortuus, vique ad nauem à Pelagianis, præsertimque Massiliensibus inculcatum fuit, ut mirum sit, Recentiores tanto studio, trita hæreticorum arma colligere, & obsoleta recudere. tom. 3. col. 376. & 380.

Hæc itaque argumentatio: Christus est redemptor omnium, ergo omnibus promeruit melius salutem illi heretica est.

15. Hic scopus, Massiliensium ipsissimus fuit (quod Christus pro omnibus mortuus sit) & ipsissimus quoque multorum Recentiorum (Suarez &c.) ut nihil mirum esse videri debeat, si idem in eodem morbis præparemus antidotum. tom. 3. col. 381.

Apagæ cum isto suo antidoto, quod vniuersalem salutem ac medelam dæmonis Christificat.

16. En genuinam Pelagianam indolis prolem: quotquot enim siue olim, siue nunc humana natura vitæ extolleret, & sibi quolibet, quod est gratiæ, adscribere conantur... & omne præsidium in humanis rationalibus, & philosophiæ staturunt. tom. 3.

17. Quid mirum si præcedentibus nonnullis Patribus, maxime Græcis, qui studiosissime Origenis Pelagianorum antelagani hieubraciones triuerant, aliquid ex potestate subtilissimi illius erroris adhaesisset: neque enim pauca passim in scriptis eorum occurrunt loca, quæ Massiliensium sententiam in exteriori cortice præferunt... Occurrit inter primos Hieronymus, qui sententiam illam ita clarè disertèque profertur, ut non videam quo pacto excusari possit. tom. 1. col. 404. & 405.

Ne Hieronymo quidem patet qui Pelagianum errorum impugnavit, quemque Augustinus et Magister non semel consuluit.

18. Libertas illa voluntatis humana à nonnullis superbè prædicatur... sed per ista dogmata in fundamenta Christiana religionis impingitur. tom. 3. col. 414.

19. Neque enim facile reperiri poterit inter istos phrasas, quæ ita meriti rationem eleuet, & actibus illis naturalibus detrabat, ut eam non similibus loquendi modis Massiliensibus æquauerint... Alj (Lesius) qui meritum eis tribuunt, non esse actus illos salutis initium, sed tantummodo occasionem, quod proprium fuit Massiliensium, & ceterorum errantium verbum, ut vim istorum actuum deprimerent, excogitatum. Omnes tamen vnanimè illum scopum in ista doctrina tradenda sibi propositum habent... in quem Massilienses totius doctrinæ suæ mole

mole collimant. tom. 3. col. 521.

20. Ex hac ergo Massiliensium vena fluit, quòd quemadmodum Recentiores per ista bonorum actuum initia nihil aliud sibi volunt, nisi vt semper in manu liberi arbitrij posita sit salus nostra (Molina) nullam curantes meriti rationem, ita & Massilienses nihil aliud voluerunt. tom. 3. col. 524.

21. Atque vnam non Hincmarus tantum, aliique plures veteres Scholastici, sed etiam Recentiores nostri se cautores in legis Semi-pelagianorum libris, ac discernendis dogmatibus præbuisse! tom. 1. col. 549.

22. Sed adhuc contextunt grauiora, non modò aduersus homines, sed etiam aduersus ipsum Deum, quem multis quoque modis, quemadmodum & Massilienses, reprehendi posse murmurant. Qui nempe locum, Deus vult omnes saluos fieri, vniuersum accipiunt. tom. 3. col. 1085.

23. Eadem ista decantatissima Massiliensium, & Pelagij, & omnium Pelagizantium cantilena aduersus eandem absolutam prædestinationem fuit. . . . Vnde S. Prosper Massiliensium & simul Recentiorum (Molina, Lessij &c.) obiectionem, propter falsitatis & absurditatis euentiam, quasi irridens &c. tom. 3. col. 1085.

24. In quibus comminiscendis Massilienses ante se architectos isti Recentiores (Valentia, Lessius) habuerunt. tom. 3. col. 1087.

In argumento prædestinationis.

25. Ita nihil penè tam absurdum à Massiliensibus excogitatum est, quod non vel imprudentes, vel etiam PRVDENTES isti (Valentia, Lessius) sibi vindicarent. tom. 3. col. 1087.

Nunquam aperit̃ satis eos formales (quod schola vocant) hereticos facit̃.

26. Idipsum eis præcinerunt Massilienses. . . . itaque eorum verbo (exspectandi) etiam ipsi vsi, & propterea Arausiana in Synodo anathemate percussi sunt. . . . nam quòd ipsi putant Massilienses huiusmodi gratiam in talibus actibus bonæ voluntatis &c. non agnouisse, hallucinatio est non vulgaris, ex qua in istum labyrinthum falsarum opinionum præcipitati sunt. tom. 3. col. 1109.

27. Ecce quòd nos ducat catena illa perditionis, ex quocumque dogmate Pelagiano vel extremà ac tenui fibrà dogmatis religitur. Atque ista quidem postremà hallucinationes Recentiorum sic se habent. . . . Recentiores non minùs quàm Massilienses à tramite veritatis exorbitant. tom. 3. col. 1111.

28. Ex professo, eodem quo Massilienses modo, docent hominem ex istis primæuæ libertatis reliquiis posse credere. tom. 3. col. 1115.

29. Coguntur, velint nolint, idem ipsum

sentire Recentiores (quod Semi-pelagiani.) tom. 3. col. 1130.

En tibi cantilenam (ne quis forè non audiat) totius decantatam.

30. Toto corde hoc ipsum Recentiores isti clamant: audi Lessium ceteris animosiorum. . . . Nonne Massiliensium audire tibi videris voces? tom. 3. col. 1131.

Quid tandem damnare hereses est, si hoc non est?

31. Cùm ergo error Massiliensium, & opinio Recentiorum tam accuratè inter se consentiant, vt exceptis iis quæ Recentiores addiderunt, vnam eandemque sententiam arbitrari quis posset; iisdem quoque argumentis & armis vsi sunt ad eam fundandam tuendamque. . . . eodem lubrico in præcipitium ducti. Nam pleraque, quæ contra prædestinationem & gratiam vtrique eadem omnino protulerunt, humanæ ratiocinationis ebullimenta, & carnalis præsumptionis terriculamenta fuisse vidimus. . . . In his igitur iisdem profus comminiscendis simillimos eos fuisse demonstrauimus. tom. 3. col. 1133.

32. Massilienses & Recentiores eodem modo Scripturis, Patribus, & rationibus vtuntur.

Intelligit, abutuntur.

33. Si tempus impendere liberet, aut necesse esset, vix vllus locus alicuius momenti à Recentioribus instituto eorum adhiberi forsitan deprehenderetur, qui non antè à Pelagio, vel Iuliano, vel auctore aliquo in hac re suspecto fuisset vsurpatus. tom. 3. col. 1135.

34. Tria ista hallucinationum capita velut omnium fontes errorum, quibus à Massiliensibus gratia & prædestinatio contaminata fuit, integerrima, plenissimaque Recentioribus nostris, velut hereditate, tradiderunt. tom. 3. col. 1138.

Hactenus Hæreticorum ex asse heredes facit̃.

35. Recentiores multò grauiùs (quàm Massilienses) idque duplici ex capite hallucinantur. tom. 3. col. 1116.

36. Quemadmodum in verè medicinalis gratiæ confessione presbyteri Massilienses nostros Recentiores longè superant; ita eos in adiutorij istius verè Christiani intelligentia procul post se relinquunt. tom. 3. col. 1120.

37. Alia doctrinæ capita sunt, in quibus Massilienses, atque Recentiores vel omnino pares sunt, vel si quo discrepant, illos isti exorbitationis enormitate multum superant. tom. 3. col. 1121.

38. Ex alio latere presbyteros Massilienses imitando, longè remotiùs, quàm ipsi, à veritate discedunt. tom. 3. col. 1122.

39. Quantum gratia primi hominis nudam naturam superat, tantum hallucinationis enor-

enormitate Massilienses à Recentioribus nostris (*Lesio, Molina*) superantur. *tom. 3. col. 1123.*

40. *Col. 1124.* & sequentibus adducit propositiones Massiliensium à Concilio damnatas, & Recentiorum easdem, vel similes esse asserit.

41. Hæc ipsissima est Recentiorum sententia, quam ex professo in omnibus disputationibus suis hac de re passim tradunt. Dum autem verba *Lesij & Molina* adduxit, subdit: Quæ profectò Massiliensium dictis à Concilio damnatis, longè, ac diuerfis ex causis deteriora sunt. *tom. 3. col. 1125.*

42. Recentiores multò longiùs recesserunt (quàm *Massiliensis*). . . . Recentiores nostri longè animosius, & periculosius in hac re progressi sunt. *tom. 3. col. 1126.*

43. Plures huiusmodi propositiones afferri possent, tum aliunde, tum ex Concilio A-rausicano, quas non solum Recentiores cum presbyteris Massiliensibus amplexi videntur, sed plerumque deterius aliquid eis addidisse. *tom. 3. col. 1128.*

44. Hunc ergo pestilentissimum spiritum (immanis superbiæ) sicut Pelagiani medullitus imbiberant, ita in omnes eorum discipulos, qui quoquo modo hæredes dogmatum, vel patroni sunt, plus minusve transtulerunt. *tom. 1. col. 383.*

Vt suprà hæreticæ prauitatis heredes facit non tantum eosdem aditum hereditatem cum multiplici favore auasse dicit, etiam in moribus.

CAPVT SECVNDVM.

Iansenij sese immodicè efferentis graues censuræ in Scholasticos, qui ab eo in scitiæ, cæcitatibus, imposturæ, erroris, hæreseos arguuntur.

1. IN istam opinandi absurditatem stulti-tiæque portentum Pelagianos præcipitatos volunt, qui vt suam quoquo modo sententiam de adiutorio quod commenti sunt, vt & seiplos à Pelagianismi suspitione tueantur, eò omnia oborto collo rapiunt, vt existimari velint de neficio quâ possibilitatis gratiâ inter Augustinum, & Pelagianos, & Adrumetinos esse quæstionem, istamque cum tali possibilitatis adiutorio libertatis humanæ concordantiam, quæ sapientibus, & insipientibus, doctis, indoctisque facillima est, & ab ipsis propter nimiam facilitatem excogitata, nec vniquam ab Augustino . . . probata . . . sed sæpè potiùs improbata atque damnata. Istam, inquam, concordantiam neque celeritima Pelagianorum ingenia vidisse vniquam, nec Augustinum, nec Ecclesiam illius temporis, quæ per os eius loquebatur, vel meminisse, vel inuenire potuisse, quo periculosissimam sopirent contentionem, atque ita clausis oculis eos Andabatarum more pugnas, vt neutri ferirent, vel intelligerent alteros, persuadere moluntur. *tom. 1. col. 285.*

Ve gratiam suam necessitatem stabilias, fingit concordiam gratiæ, cui resisti possit cum libertate, à D. Augustino improbatam & damnatam; idq; hæcenus à Scholasticis non fuisse intellectum.

2. Quod Augustinum, & Concilium, vt ipsi vocant, Mileuitanum, istius suæ sententiæ testem adhibent, non videntur illa testimonia vel penetrasse, vel expendisse, quæ vel ab iis

adulterantur, vel oborto collo in suum positum rapiuntur. *tom. 1. col. 378.*

Iam non tantum ignorare, sed adulterare Concilia arguuntur doctissimi sanctissimiq; viri.

3. Diligentiam in plerisque scriptoribus nostri temporis magnopere desidero: dum eos tam grauitè in rebus capitalibus ex hoc Auctore indagandis, asserendis, vel negandis hallucinari video, vt pro Augustini assertionibus nonnumquam Pelagij pronuntata capiant; pro decisionibus disputationes Augustini; pro placitis dubitationes eius; denique certissima doctrinæ eius capita, quibus hæresis Pelagij olim vniuersa proftrata fuit, rursum in dubium reuocando in tenebris palpant; & Andabatarum more obtutus oculis de eius mente dimicare videntur. *tom. 2. col. 135.*

Audi liberalem phrasium congeriem. Indiscretos, hallucinantes, aures doctissimæ S. Augustini in tenebris palpantes, & Andabata sunt plerumque recentiores.

4. Vt non sit vilo modo mirandum, si subtracto illo fundamento, tot altercationibus doctrina de gratiâ lacerata sit, & omnia, quæ Recentiores pro suo quisque genio excogitata procuderunt, velut humanis iactis que suspitionibus nixa fluctuant; neque vili exitum in Augustini doctrinâ reperiant. Hæc est enim vera clavis (. . .) sine quâ qui scripta Augustini molitur ingredi, velut cæcus palpabit in meridie, ac tot, tantisque difficul-

tatibus implicabitur, vt quasi monstis occurrentibus teritus, Augustinum tamquam perplexitatis, imò, vt quidam ausi sunt dicere, mille erroribus referentur aueretur. tom. 2. col. 169. & 170.

5. Quanto igitur superbius illi (Molina, Lessius, Suarez, Vasquez) naturam, & liberum arbitrium tuentur, qui quod Augustinus naturæ stanti, & integritatæ, hoc illi lapsæ, vulneratæ, ægrotæ, damnatæ, tribuunt. tom. 2. col. 178.

6. Ita perfunctoriè doctrinam eius (Augustini) nonnulli (Scholastici) consulunt, vel percurrunt, vt in capitalibus doctrinæ articulis, vbi de summâ rerum agitur, vtrum videlicet Christiani, an Pelagiani simus, argumenta & pronuntiata Pelagianorum, tamquam Augustini doctrinam amplexi fuerint. tom. 2. col. 165.

7. Hoc si Recentiores plerique, etiam ipsimet de gratiâ & libero arbitrio nunc sentire se sentiunt, & velint nolint sentire cõuincuntur, quando iam vires hominis originalis culpa prostrant, delinant Augustino violatæ per illam doctrinam gratiæ crimen impingere: nec ægrè ferant, si se Augustinus longè castius de diuinâ gratiâ, illos longè superbius de humanâ naturâ sentire gloriatur. tom. 2. col. 180.

8. Apertè Recentiores à fundatissimâ & Ecclesiæ antiquæ receptissimâ doctrinâ discesserunt: mentem enim eorum (Patrum Antiquiorum) tam esse perspicuam ausim dicere, vt vel ipsos aduersarios eius, eâ proposita, aut oculos claudere necesse sit, aut doctrinam eorum non alio torqueri posse profiteri. tom. 2. col. 493. & 494.

Quia iuxta definitionem duorum Pontificum recentiores sentiunt non eam esse inducendam necessitatem peccandi vt omnia infidelium opera sint peccata, hinc à Lanfenio damnantur erroris.

9. Quasi de industria omnes conatus Recentiorum, quibus eius doctrinam principiis philosophorum accommodare studuerunt, opprimere studuisset, (Augustinus) ita omnia eorum præclusit effugia, omnes tricas explicuit, omnes cauillationes exarmauit, vt penè nihil aliud eis supersit, qui rem diligentius excussisse videri volunt, quàm admirari doctrinam eius vt exoticam, & incredibilem; & propterea in alium sensum aliquo explicacionis commodæ beneficio trahendam esse, sed altitudinem Christianæ sanctitatis & humanæ infirmitatis, & profunditatem ruinæ illius ineffabilis non videntur intelligere, virtutisque ac vitij differentiam magis ex philosophiã gentium, quàm ex Christianâ religione, haurire voluisse. tom. 2. col. 543.

An non sitis soli vendicæ scientiam?

10. Recentiores (Suarez, &c.) ipsi Augustino incredibili inficitâ (vt mitissimè loquar)

imponere non verentur, tom. 2. col. 585.

An hoc non est Suarezem, aliosq; grauissimos Theologos facere impostores?

11. Fidenter dico, quicumque doctrinam istam à nobis traditam (solam coactionis necessitatem libertati repugnare) erroris insimulare ausus fuerit, non Augustinum, non Bernardum; sed Philosophiam fortassis Aristotelis ducem & Patronam habiturus est, & in ista Catholice doctrinæ culmina (vt nihil de ceteris eorum seëtoribus eruditus & sanctis loquar) necesse est vt anathema primum dicat. tom. 3. col. 731.

Fidenter adstruit doctrinam à duobus Pontificibus damnatam.

12. Recentiores, . . . quid sit liberum arbitrium Augustino non satis penetrant, nec vniquam, ausim dicere, penetrabunt, aut intelligere quantumuis sese fatigauerint, quâdiu non aliam in Augustino libertatem, quàm illam Philosophicam indifferentiam querendam esse censuerint. tom. 3. col. 751.

13. Ex quo Doctrina ista Recentiorum (quâ dicunt datam legem, quæ per gratiam sufficientem impleri possit) tamquam Apostolo, & Augustino ex diametro contraria, & quasi ex proposito ad delendos eorum sensus excogitata, per se ipsa corruet. tom. 3. col. 43.

14. Cùm adiutorij gratiæ vsus, & non vsus, actio & cessatio, libertati subditur, vel cæcis manifestum est, impossibile esse, vt sit aliud adiutorij genus quàm possibilitatis, quod Pelagianus error asseruit. tom. 3. col. 24.

15. Recentiores, qui imaginantur illum tantummodò actum esse in libero voluntatis arbitrio, quem positus omnibus necessariis possumus facere, & non facere, sine dubitatione falluntur. paradoxum id est enim in Augustini doctrina inauditum, nec est vmbra vlla illius in omnibus scriptis eius, nec Augustinus vniquam ad istas de libera voluntate conceptiones respexit &c. tom. 3. col. 618. 646. 642. 867.

16. Ignorantia etiam, quæ necessitatis, non voluntatis, hoc est inuincibilis, non caret peccato, idque dogma fidei ab antiquis traditum, & contrarium solenne Pelagianorum dogma fuit. tom. 2. lib. 2. cap. 2. in sit. capitis & contextu.

17. Propositum bene viuendi ex timore peccatorum concipi principiis Augustini solidissimis, ex quibus Pelagiana Hæresis expugnata est, directè refragatur. tom. 3. col. 586.

18. Quæ omnia perspicuè declarant doctrinam istam, quam Scholastici quidam tradunt de dolore peccatorum ex solo gehennæ metu, non solum Augustini principiis fundatissimis, & per omnes eius lucubraciones diffusis, ex diametro repugnare, sed etiam à Synodi Trid. PP. multis modis proscriptam esse.

esse: quam non perspecta veritas, sed sola inutilis; imò perniciofa erga peccatores misericordia peperit. tom. 3. col. 597.

19. Admiratione dignum est, quod nonnulli docent dolorem, quo quis de peccatis ex ti-

more penarum infernalium dolet, eaque detestatur, sufficientem esse dispositionem ad iustificationem in Sacramento Penitentie recipiendam. . . . sententia ea in mera hallucinatione fundata est. tom. 3. col. 589. & 591.

CAPVTTERTIVM.

Iansenius Scholasticos recentiores tamquam meros Philosophastros superciliose contemnit.

1. Quotquot siue olim, siue nunc, humanae naturae vires extollere, & sibi quodlibet quod est gratia, adscribere conati sunt; per dolos falsae rationis armati sunt, & omne praesidium in humanis rationibus, & philosophia, statuerunt. tom. 1. col. 101.

2. Enimvero quis sano iudicio dubitare possit, pleraque notitias genuinae scholasticae, non nisi puras abstractiones esse, deputataeque Aristotelicae Metaphysicae eliquationes, quandoquidem de rebus supernaturalibus agatur. tom. 2. col. 19.

3. Quemadmodum in Theoricis, limites rerum verè diuinarum transeundo, non semel in Chimericas abstractiones incederunt; ita in practicis, morales regulas agendorum simplices relinquendo, quas simplex, & genuina ratio, & antiqui Patres praescripserunt; tam laxas effecere conscientias, sub praetextu accommodandi sese infirmitatibus hominum, ut nihil opus sit, nisi sceleratior fieri homines, ut noua aliqua, & licentiosa regula fabricetur. Nam in saeculo corruptissimo, quamuis nonnulla peccata vniuersa hominum commercia foedauerint, ad eas tamen angustias disputandi libidine redacta sunt, ut non nisi in metaphysica quadam abstractione salua esse videantur. tom. 2. col. 21. 22.

4. Vix aliquid in moribus tam absurdum est, nisi decalogum aperte feriat, imò et si feriat, quod non factum sit probabile: ut reuera plerisque Christianis scientia recentioris Theologiae ad nihil penè seruiat, nisi ut sensa diuersa diuersorum, suis apta cupiditatibus noscendo & sequendo, deposita Christiana simplicitate versutiores, & probitate nequiores fiant. tom. 2. col. 22. Vide similia toto cap. 8. lib. proemialis.

Theologia recentiorum Censore Iansenio si speculatiua, chimerica est, si practica, tollit omnem regulam honestatis, ergo tota ad nihil vtilis, imò & perniciofa.

5. Scholastici plerique limites Christianae Theologiae fixos, praetextu subtilitatis excidunt. tom. 2. col. 25.

6. Nonnulli Scholastici, qui se multum sapere crediderunt, in tam animosas insulatas, quae censuras Augustinianae doctrinae protraxerunt; a cuius vero intellectu tam procul absunt, ut sanctum scriptorem claudis, aut extimatis oculis legisse videantur. cum enim Theologiam suam recentem, quae magno opere ad humanae rationis modulum & Philosophiae generis regulas concinnata est; quamquam normam iudicandi de omnibus Augustini pronuntiat adhibent, & omnino sequendam putant, penè ad singulos offendit passus, & Augustini doctrinam, quod quidam etiam palam conqueisti referunt, male errorum occasionem rectoribus eius futuram ominantur. tom. 2. col. 61.

7. Illud quod asserunt Scholastici, de consuetudine quadam naturali per virtutes morales, non Ecclesiae, sed quorundam philosophiae magis, quam Scripturis & Ecclesiastica doctrina inhaerentium, sententia est, qualis homo iam olim à Philosophis, & postea à Pelagianis inter Christianos introductus est, sed ab Ecclesiastica doctrina tale commentum remotissimum est, & in Augustini scriptis inauditum. tom. 2. col. 78.

Vult omnes Philosophorum virtutes esse vitia, quae à duobus Confitecibus damnantur.

8. Recentiores praeter nonnullas Aristotelicae Philosophiae tricas, aut ineptias, & classibus Dialecticis in Theologiam immittis, quibus caelestis medicinae sinceritas magis adulterata est, nihil omnino noui protulerunt; quod non Augustinus ante videtur. tom. 2. col. 184.

9. Sed pace eorum dixerim, neque difficultatem ipsi soluant (Bellarminus, Pasquier) neque quidquam ab eius mente alienum (quam pactum cum Adamo) & in eius doctrina absurdum, & principis eius repugnans excogitare potuerunt. . . . quem (propagatum modum) ipsi mira interpretandi libertate peruertunt. tom. 2. col. 216.

Somniant delirantque omnes recentiores, qui per se etiam propagari dicunt peccatum originale.

10. Nullus unquam ita somnians deliravit, ut magnum istum defectum quo natura humana ex primi hominis prævaricatione medullitus vitata est, ex aliquo Dei pacto cum parentibus inito, vel ex positiua Dei lege, aut voluntate propagari arbitretur. *tom. 2. col. 247.*

11. Reuera per illam liberam quilibet opinandi pruriginem, quæ per disputationes nonnullorum Recentiorum in Theologiam inuecta est, multoquæ liberiore interpretandi, seu potius pervertendi Patrum antiquorum scripta, licentiam, eò ventum est, ut nemo, quicquid tandem senserit, Augustino, vel Patribus gratioris notæ, contradicere sibi videatur. *tom. 2. col. 582.*

12. Tanta est in quibusdam hominibus humana Philosophia, rationumque plausibilem fiducia, quas Gentilium cæcitas præformavit, ut vniuersam Augustini doctrinam facilius, præterquam vbi in terminis ipsis definita est, pessumdari, quam illas sibi præcipi, vel ut inanes abici paterentur: quantumvis nullus vel antiquus Pater, vel Concilium, vel Scriptura, suffragetur. *tom. 2. col. 677.*

13. Non dubitamus plerosque Scholasticæ doctrinæ Professores, quemadmodum in explicando naturæ lapsæ statu longissimè ab eius mente deflexerunt; ita in asserendo puræ naturæ statu, procul à principiis eius immobilibus, filium humanæ rationis potius, quam Ecclesiasticæ traditionis consecrando, recessisse. *tom. 2. col. 682.*

An non manifestè arguuntur duo Pontifices, qui damnarunt hanc propositionem: Deus non potuit ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur.

14. Nonne delirio simile est omnia huiusmodi Scripturarum loca, ex quibus Augustinus illius charitatis naturam explicat, ad illam Philosophicam virtutum moralium dilectionem deriuare? *tom. 2. col. 711.*

15. Quantæ impietatis, & absurditatis, dogma esse necessarium est, quod Augustinus tantâ fiduciâ ab omnium hominum non modò doctorem, atque proborum, sed etiam imperitissimorum, impiissimorumque suspensionibus reuocet: quod nulla vel Ethnicorum impietas, nulla Poëtarum licentia, de Deo vel vero, vel falso, fingere ausa est! ut satis mirari nequeam solos aliquos Christianos (Suarez, Vasquez, Lorinum) inuentos esse, qui cum ceteris deberent, ut pietate præcellere, ita & præ omnibus sentire de Deo in bonitate, eò tamen effreni quadam philosophandi licentia proruperunt, ut Deo tantum nefas attribuerent. *tom. 2. col. 901. Vide similia toto cap. 5. lib. 3. de statu puræ naturæ.*

Modesta enim uerò sententia, qua Catholicos Religio-

solus Doctores impios supra omnes Gentiles facit.

16. Ut incredibilis profectò me subeat admiratio, qui fieri poterit, ut quod Catholici, & hæretici peruersissimi, & Pagani, & omnium penè hominum genus, quod nomen aliquod rebus vniuersi præesse credit, velut iniustissimum semper abhorruit; hoc Recentiores nullâ scientiâ, nullâ traditione, nullâ Patrum auctoritate fulti, solâ rationandi fiduciâ armati, sine scrupulo amplexi sint, quasi palmam de reconditâ subtilitate relaturi. *Vide reliqua tom. 2. col. 944.*

17. Quanta igitur audacia est, post condemnatos iam à tot sæculis Massilienses asserere, quod quia in statu innocentie sufficiebat homini ad salutem gratia, quæ poterat perseuerare, si vellet, etiam nunc sufficit. Itaque non satis penetrant, aut perpendunt naturæ corruptionem. qui talibus rationibus doctrinam eius (Augustini) celeberrimam imprudenter euerunt. *tom. 3. col. 215.*

18. Mirabili profectò exorbitatione Scholastici docuerunt sufficiens auxilium infidelium. *tom. 3. col. 319.*

19. Supra modum paradoxa doctrina mihi videtur, quæ Iudæis, & Infidelibus adfuisse gratiam sufficientem docet. *tom. 3. col. 320.*

Cur Iansenio paradoxum, quod plerique docent?

20. Non videntur intelligere Scholastici, quid sit concupiscentia terrenæ, siue carnalis motus. *tom. 3. col. 322.*

21. Quis ita procax, & pernicax esse possit, ut eum (Augustinum) qui talia in omnibus suis libris docet, asserat sensisse illam ipsam gratiam (sufficientem) omnibus donatam esse? *tom. 3. col. 356.*

22. Doctrina (de gratia sufficiente) quam homines proflus imperiti imaginantur. *tom. 3. col. 355.*

Quid de hoc modestissimo Consore videtur? Hic impij, eueriores Augustini, exorbitantes, imperiti, procaces, pernicaces, Scholastici nominantur.

23. Sed ut antè motui, nullus istorum modorum, nec omnes simul vel nodum ipsum tangunt, & tacite clamant auctores hastam, & clypeum abicere, difficultatis mole stiperratos. *tom. 3. col. 805.*

24. Vbi vides etiam Chimeram illam difflitam, quæ Recentiores aliquos in errores Christianis intolerandos compulsi. *tom. 3. col. 853.*

25. Quæ quidem pro captu meo tam perspicua sunt, ut homini sanæ mentis, & cui oculus ille, quo videtur veritas, necdum libidine contentionum excæcatus est, nullum relinquat amplius dubitandi locum. *tom. 3. col. 864.*

26. O consolatio superbiorum in se confidentium, qui tamquam ad angustias mor-

tis horrent, quando audiunt totum omnino quod boni sumus & erimus pendere ex benigna erga nos voluntate Dei. *tom. 3. col. 991.*

27. Qui rationem datæ gratiæ, opera moraliter bona, quæ nulla sunt, dispositiones nescio quas, & conatus hominum quantum in ipsis est, esse volunt, vtrum non in fabulas

vanitatis abeant, ipsi spero considerate dignabuntur. *tom. 3. col. 1000.*

28. Quid huiusmodi moralium trutinatores operum aliud faciunt, quam quod non solum Augustinum deceptum, sed Apostolum ipsum fallacem, aut falsum esse declarant? *tom. 3. col. 1002.*

CAPVT QVARTVM.

Receptissimas Doctorum sententias traducit, & censuratur velut erroneas, & paradoxas.

1. **M**ulti philosophicis magis hac de re disputationibus, & cogitationibus, quam Ecclesiasticæ doctrinæ regulis assuefacti, ad amissam omnem boni faciendi libertatem, & incumbentem humano generi peccandi necessitatem, quasi ad Manichæum spectrum exhorrescunt. *tom. 2. col. 493.*

Nihil hic à Christiana mente alienum faciunt, qui ad inuitabilem illam peccandi necessitatem exhorrescunt.

2. Nugæ, delirium, insania, error, impietas, contraria Christianorum sensui, Scripturis, & fidei, quod infidelium sit vlla vera virtus, vel opera sine peccato, iuxta Augustinum, & Concilium Araucanum. *tom. 2. col. 627.*

Hanc propositionem: Omnia opera infidelium sunt peccata, damnauit Pius V. & Gregorius XIII. Horum ergo Pontificum decreta nugæ, delirium, insanium, errorem, impietatem vocat.

3. Quasi cum Atheis, vel cum iis, qui cum Deo bellum iurauerunt, de absurditatis, & immanitatis palma contenderent; ita nullum crudelitatis genus ab vilo tyranno excogitatum fuit, quod non Deum in creaturam suam innocentem exercere posse docuerunt. *tom. 2. col. 884. Vide ibidem sequentia.*

4. Eodem argumento palpabilem malorum, si puræ naturæ sint, cogimur ad diuersas impietates, ad blasphemiam in Deum, ad Manichæismum. *tom. 2. col. 945.*

Ergo iuxta Iansenium ad ista cogimur ex communi DD. sententia, & Pontificum decretis admittentium puram naturam.

5. Scholastici asserentes licitum esse operari ex intentione honestatis moralis, Stoicismum resuscitant. *Index tom. 2. tit. Stoicismus.*

6. Status naturæ puræ possibilitatem astruentes Manichæis suffragantur, cum Atheis de immanitatis & absurditatis palma concertant, Dei prouidentiam euertunt, Dei iustitiam funditus exinaniunt, in varias hæreses, & blasphemias incidere coguntur. *ex indice tom. 2. tit. Natura.*

7. Quo fit, vt satis mirari nequeam tantum seruitutis istius, ac liberatricis gratiæ (sæpe necessitatis) in lucubrationibus Scholasticorum silentium, vt quasi noua demonia annuntiari putent, quando hæc doctrina pro palatur. *tom. 3. col. 106.*

Libera necessitas? Verè noua demonia, aut chimæra potius.

8. Quantum arcticus polus ab antarctico, ita ratio libertatis quam Augustinus docet à Recentiorum libertate differt. *tom. 3. col. 647.*

9. In primo & secundo hallucinationis capite tam euidenter, atque enormiter tenentur, vt si de industria aberrasse voluissent, non potuissent studio deliberato grauius, & in scopulos periculosiores impingere. Cum enim propter inolitas philosophiæ suæ opiniones ab Augustino valde discrepantes tenere non possent, quid sibi Augustinus in illo discrimine vellet, sententiam precipitantes, partim obiectiones aduersariorum pro responcionibus Augustini, partim errorem hæreticorum pro doctrina sancti Doctoris arripuerunt. Ex quo factum est, vt in istis torius machinæ cardinibus hallucinantes adiutorium stantis hominis, pro adiutorio lapsi, & contrà; arcticum videlicet polum pro antarctico acceperint. *Parall. col. 1139.*

10. Eodem modo hallucinantur conquirenter Suarez, Bellarminus, Valquez. *Parall. col. 1140.*

11. Hæc docuit Augustinus (nempe de transiissione originalis peccati per concupiscentiam, vt *Islam & totam causam*) vt doctrinam Catholicam: hæc si vera non sit, vana, fallax, falsa est eius de Pelagianis victoria, & tredecim libri Augustini funditus euertuntur. *tom. 2. l. 1. de nat. lapsæ cap. 11. 12. & 14.*

12. Nihil ab Augustini mente alienius, & in doctrina eius absurdius, & principis eius repugnantius excogitare potuerunt. Nempe de pacto, quo mediante transfusum sit originale. *tom. 2. lib. 1. de statu nat. lapsæ col. 210.*

13. Vanum est & stultum (*Christum*) pro talibus (*reprobis*) saluandis seriâ voluntate pati, ac mori. *tom. 3. col. 389.*

14. Adiutorium purè sufficiens ad gratiam naturæ pertinet, lapforum reparationi inutile, & perniciosum. imò asseri non potest post lapsum, nisi maiori hallucinatione, quàm Pelagianis, sublato originali peccato, naturæ vires illas esse fateamur. *tom. 3. col. 254.*

15. Qui aliam gratiam Christi, quàm efficacem asserit, nouum genus gratiæ procedunt; quod nec D. Augustinus, nec vllus post illum Latinorum Patrum, nec D. Thomas, vel vltiorum Theologorum aliquis agnouit; nec Ecclesia in vllis Conciliis generalibus, aut Prouincialibus approbatis: neque verò agno-

scere potuit, nisi principia quibus ipsa per antiquos Patres Christi gratiam defendit, funditus euertat. *tom. 3. col. 213. & 251.*

16. Gratia sufficiens è diametro repugnat medicinali adiutorio Christi: nam primâ integritatem naturæ humanæ restituit, omne meritum, & præmium dominatrici libertati vindicat, vnoque verbo Christo oclamatur: Recede à nobis, non opus est tuo medicinali remedio, sibi sumus. *tom. 3. col. 134.*

17. Qui gratiam sufficientem ponunt, efficacem tollunt; peius ipsis Pelagianis hallucinantur. *tom. 3. col. 254.*

18. Tale adiutorium gratiæ Pelagianicum est, & tale admittebant Semipelagiani, & tamen vt hæretici proscripti sunt. *tom. 3. col. 252.*

CAPVT QVINTVM.

Censuræ Iansenij in Thomistas.

1. Prædeterminatio physica profusè destruit totam illam differentiam gratiæ Adami, & Christi, seu adiutorij sine quo non, & adiutorij quo fit opus: quam tamen Augustinus firmitimè stabiliiuit, & velut immobilem basim totius doctrinæ suæ posuit. *tom. 2. col. 581.*

2. Prædeterminatio illa physica destruit profusè magnam illam libertatem, & bene viuendi potestatem, quam Augustinus, Pontifices, & Concilia nos in Adamo amisisse testantur. . . . Quòd si tunc per physicam prædeterminationem debebat fieri effectus, quemadmodum Auctores eius tradunt; iam funditus illa doctrina Augustini, & Conciliorum labefactata corrueat. *tom. 2. col. 182.*

3. Ex quibus omnibus perspicuè ostenditur, nihil capitalius principiis Augustini, nihil quod eius doctrinæ magis ex diametro repugnet, effingi posse, quàm quòd Adami adiutorium in physica illâ prædeterminatione situm fuerit: vt sanè non temerè dici posse videatur, quòd Auctores, qui prædeterminationem illam physicam ad statum etiam integrum Adami & Angelorum extendunt, toto ostio ab Augustini principiis aberrauerint. *tom. 2. col. 582. & 583.*

4. Qui medicinalem Christi Saluatoris gratiam sic defendere conantur, vt eam in talem prædeterminationem physicam transferent, omni statui hominum necessariam;

magis profectò Aristotelici, quàm Augustiniani sunt; nam talis prædeterminatio sic assera non solum nullo testimonio eius (*Augustini*) probari potest; sed potius vniuersam doctrinam eius, innumeris locis traditam, inexplicabili confusione conturbat. tollit enim differentiam integræ, læsæque voluntatis, tollit necessitatem duplicis adiutorij. . . . tollit, obscuratque veram radicem necessitatis gratiæ medicinalis; nec sinit intelligere veram naturam eius. . . . Denique cogitur inferre non exiguam vim Scripturis sacris. *tom. 3. col. 821.*

5. Quæ ratio. . . . indicat prædeterminationem physicam, tamquam gratiam eo modo, & latitudine ad omnes humanæ naturæ status dilatam ab Augustini sensibus esse remotissimam, & potius vi humanæ philosophiæ, quàm Augustinianæ Theologiæ expressam, & inuentam esse. *tom. 3. col. 822.*

6. In omnibus istis, ac similibus testimoniis (*Augustini*) non est vnus apex, qui hoc significet, per huiusmodi prædeterminationem ex philosophia profectam effici (& paucis interiectis concludit) apertam vim inferri testimoniis Augustini, quibus sententiam illam suam asseritam volunt. *tom. 3. col. 819.*

Auctores qui hic à Iansenio sugillantur. aciem habent. ipsi pro se loquantur.

CAPVT SEXTVM.

Censuræ in Theologos Societatis IESV.



Hic scopus est, in quem toto suo libro Iansenius collimat: hoc agit, ut principes Societatis nostræ viros, gravissimosq; Doctores, non modo velut pætorio suo supercilio contemnat, sed reapse faciat Semipelagianos. Quod ut gravius inculcetur, nullumq; dubitandi locum relinquere, stateram in fine tomi tertij posuit, quæ per septuaginta duas columnas, à col. 1072. ad 1144. ex professo Scriptores nostros cum Pelagianis Massiliensibus componit, atque his etiam deteriores ostendere conatur. Labet ad speciem pauca eius verba hinc inde decerpta lectori proponere: nam si omnia velim, totum necesse erit proferam eius Augustinum, ab ipso capite ad calcem vanissimâ verborum pompâ, Bellarmino, Molinæ, Valentia, Suario, Valquino, Lessio, alijsq; id genus viris, tamquam ignavis, rudibus, hallucinantibus, verbo hæreticis, insultantem.

IN BELLARMINVM CARDIN.

Certè ista (Bellarmini) nimis est somnolenta Augustini lectio. tom. 2. col. 536.

Bellarminus ut Semipelagianismi notam euitet, Augustinum in suas partes adducere tentat: sed irritò conatu. Index tom. 1. tit. Bellarm.

Falsò imponit Augustino, quòd perpetuò fluctuauerit de modo propagandi peccati originalis. Index tom. 2. tit. Bellarminus.

Errores Augustini pristinos pro genuinâ Augustini doctrinâ usurpat, ut hac ratione Augustinum in suas partes quouis modo attrahat. Index tom. 3. tit. Bellarminus.

Pelagianorum obiectiones ab Augustino relatas pro Augustini verbis arripit, iisque sua dogmata munire contendit. Ibidem.

IN MOLINAM.

Eò exorbitationis Recentior quidam (Molina) ... erumpere coactus fuit ... ubi, quid aliud facit, quam quòd Augustino, Romanis Pontificibus, totiq; Ecclesiæ antiquæ illius temporis infamis ignorantia, vel malitiæ inurit notam; & exorta hæresis Pelagianæ, & Lutherana inuidiam creat, & culpam affricat: ... O nimis præcipitem arrogantia vocem! tom. 1. col. 482.

In Augustinum, veteres Pontifices, & antiquam Ecclesiam iniuriosus. Index tom. 1. tit. Molina.

Eius, uti & Massiliensium dogma, non est gratiæ prædicatio, sed proditio. Index tom. 1. tit. Molina.

Catholicæ doctrinæ fundamenta ex Augustini scriptis per Pontifices hausta vellicare contendit, & concutere. Index tom. 2. tit. Molina.

Spirituales concupiscentias, & innatas sit-

perbiæ titillationes in Paradisum inuehit. Ibid.

Obiectiones Pelagianorum Augustini scriptis immixtas pro ipsius Augustini verbis arripit. Index tom. 3. tit. Molina.

IN VALENTIAM.

Ista querimonia, ex illa ipsâ Massiliensium officina prodiit; vnde & Gregorius à Valentia, & focij eius didicisse videntur. tom. 3. col. 1080.

Si obseruasset, se Massiliensium obsolescentem aduersus doctrinam Augustini refricare querimonias, paulò timidiùs forsitan ad eorum verba confugisset. tom. 3. col. 1088.

IN SVAREZ.

Ut opiniones suas à Semipelagianismi infamia vindicaret, noua dogmata Massiliensibus falsò asingit. Index tom. 1. tit. Suarez.

Mirarer sanè Scriptoris illius in re tanta vel incuriam, vel somnolentiam, nisi iam sepius experientia comperissem, eam pluribus non infima nota viris, in Augustino volutans contigisse. tom. 2. col. 165.

Facile ostendi potest responsum illam vel potiùs cauillationem esse imperitissimam doctrinam Augustini, ab eius mente remotissimam, indignamq; quæ à viris doctis proferatur. Ibid. col. 547.

Hominis non satis rem penetrantis voces sunt: Augustini enim doctrinam à sensibus ipsius plerumque distantiissimam, non tantùm, saluâ eius pace, non intelligit; sed vix quisquam Scriptorum recentiorum facile reperietur, qui eam suis argutis magis perturbauerit, & minus affecutus sit: nam in plerisque, quæ tamquam absurda, & incredibilia ca-

ea sequi arbitrat, fallitur; vera sunt, quae ipse falsa putat. *ibid. col. 559.*

Melius fecisset Augustini doctrinam palam reiiciendo, quam tot ludibris adulteratam vindicando. *Index tom. 2. tit. Suarez.*

Duplici aberratione Philosophiam simul, & Theologiam vno ictu iugulat. *Index tom. 3. tit. Suarez.*

Imperitiam suam in doctrina, ac principiis Augustini insigniter prodit. *ibid.*

Obiectionem, quam sibi Augustinus Pelagianorum, vel errantium nomine proposuerat, & summis postea disputandi viribus redarguit, tamquam traditam ab eo veritatem accepit; idque in re tanti momenti, ut si verum sit, quod Scriptor ille putat. . . . vniuersam Augustini doctrinam, quam plerisque libris de gratia diuina tradidit, vno ictu succisam corrumpere necesse sit: imò etiam Christianae gratiae fundamenta subverti. *tom. 2. col. 1166.*

Velit nolit, in Massiliensium sensus labitur. *tom. 3. col. 1110.*

Pelagianorum obiectiones Augustino adscribit, iisque sua dogmata stabilire satagit. *index tom. 3. tit. Suarez.*

IN VASQUEZ.

Quibus sanè paucis verbis non potuisset Pelagius ipse magis dextere, atque perniciosè totam Augustini doctrinam adulterare & auertere, quam recentior quidam scriptor (*Vasquez*) fecit. *tom. 2. col. 709.*

Quod scriptor iste, nomine cogitationis tamquam congruè se tegit, non potest istius sententiae nouitatem à censura grauiori tueri. . . . fuerunt ergo ex Pelagianorum sententia congruentissima. . . . sed non aduertit vir bonus, hoc ipsum quo se à Pelagianis differre putat, esse ipsissimam petram scandali, in quam offendendo ceciderunt. *tom. 3. col. 73.*

Quo sanè nihil penè à Pelagianis libertatem, potestatemque humanae voluntatis extollentibus (*citatur Vasquez*) audacius, & superbius dictum fuit. *ibid. col. 330.*

Minus liberalis in admittenda Christi gratia, quam Pelagius. *Index tom. 3. tit. Vasquez.*

In qua censura tam insolenti vtrum temeritas, an imperitia palmam ferat planè nescio. . . . Imperitia verò doctrinae S. Augustini tanta in eo apparet, ut alienis, non suis oculis illius scripta legisse videatur. *tom. 2. col. 187.*

Naturam & liberum arbitrium nimis superbè tuetur. *Index tom. 2. tit. Vasquez.*

Violatae gratiae crimen Augustino immeritò impingit. *ibid.*

Makit Augustini scripta censurare, quam perscrutari. *ibid.*

Suis praestigijs subtilitatis, peccatum in fumos resoluit. *ibid.*

Non posset Pelagius Augustini doctrinam magis subdolè, & perniciosè adulterare, quam adulterauit Vasquez. *ibid.*

De perseverantia Angelorum grauius hallucinatur. *ibid.*

In Augustinum nimis iniuriosus, adeoque in Ecclesiam, & Romanos Pontifices. *ibid.*

Vimbram suam timet (*Vasquez*). . . . hallucinando putans aliò se, aliò Massilienses collimasse. *ibid. col. 1082.*

Vasquez opinionibus proprii cerebri preoccupatus ceteros auctores vel inuitos in suas partes distorquet. *Index tom. 2. tit. Vasquez.*

IN LESSIVM

Lessius de naturali preparatione hominis ad gratiam nihil minus dixit, quam Massilienses dixerint. *Index tom. 1.*

Lessius violatae gratiae crimen Augustino temerè impingit. *Index tom. 2.*

LESSIVS magis enormiter hallucinatur in materia de Gratia, quam Massilienses. *Index tom. 3.*

Infuli medici est etiam bonum medicamentum praeposterè applicare; sicut hic author (*Lessius*) facit. *tom. 3. col. 1083.*

Exprimit (*Lessius*) veluti ratione nixas impiorum voces. *ibid. col. 1087.*

In quibus imaginationibus iste author (*Lessius*) tantoperè sibi placet, ut, quae ante oculos sunt, non videat. *ibid.*

Lessius miserabiliter coniectando, palpans in tenebris, veram rationem differentiae istius non aduertit. *ibid. col. 1116.*

Eius consequentia à gratia hominis integri ad gratiam hominis lapsi, ut capitalibus Augustini principiis aduersa, à duabus Facultatibus Theologicis Louaniensi, & Duacensi proscripita. *Index tom. 3. v. Lessius.*

Magno studio Pelagianorum, & Semi-Pelagianorum argumenta coaceruat, & iardudum obsoleta arma recudit. *ibid.*

Non potuisset Massiliensis aliquis Presbyter accuratioribus verbis sensum suum exprimere. *tom. 3. 1114.*

Audi Lessium. . . . Nonne Massiliensium audire tibi videris voces? *ibid. 1131.*

IN CONINCK.

Falsissima de alijs credi malunt, (*Coninck* &c.) & Prosperum, Hilarium, & Augustinum vel mendaces esse, vel falsos; quam suas praecipuas opiniones, vel in minimo suspectas esse, vel corrigendas. *tom. 1. col. 531.*

Ut praetensam suam opinionem à Semi-pelagianismi nota purget, sanctos Patres mendaces facit, aut falsos. *Index tom. 1.*

IN CORN. A LAPIDE.

De gratia primi hominis grauitur hallucinatur. *Index tom. 2.*

Alius Molinæ vestigia secutus auder & dicit: *Amorem excellentiam in natura integra & perfectam intensissimum fuisse: & hoc imponit Augustino tamquam doctrinam illam lib. 11. de*

Gen. ad litt. & lib. 14. de Civ. Dei c. 13. tradidisset, cuius in iis locis nullum profus vestigium est. *tom. 2. col. 82.*

En pauca è multis modestissima illius anima submissa & in humili s. Augustini officina ad eam quem exposita de Societatis auctoribus elogia, quæ si æquus Lector expendit, non facile nobis succentebit, si vnum alterumque accerbis verbum iustus dolor nobis exprellent.

CAPVT SEPTIMUM.

Inuectiua Ianfenij in Philosophiam.

PRIMA origo totius hæresis Pelagianæ, & omnium Gratia interpolatorum, Philosophia. *tom. 1. col. 377.*

Neque verò dogmata Pelagiana tantum, sed & arma, quibus à suis auctoribus propugnata sunt, ex Philosophorum officina prodierunt; quod adeò verum est, vt si Philosophiæ garrulitatem subtrahas, vno flatu tota hæresis dissipetur. *ibid. col. 379.*

Sicut hæresim Pelagianam sola Philosophia peperit; ita quotquot postea inter Christianos diuinæ Gratia puritatem prædominante libertatis humanæ mixtione adulterauerunt, Philosophia lenocinante seducti sunt.

Quid in nostro sæculo sopitas illas tot sæculis contentiones de gratia auxiliis suscitauit, nisi eadem Philosophia? nam quidquid humanarum rationum iam olim obstructum, & Ecclesiæ iudicio sepultum fuerat, quasi noua subortâ luce denud ab inferis reuocatum est, & ad tuendam quasi dominam illam libertatem philosophia animante conuersum, ex quo tanta confusio in gratiæ doctrinam consecuta est. *tom. 1. lib. 6. col. 379.*

Quid statum puræ naturæ formauit, ornauit, instruxit, nisi Aristotelica philosophia quam etiam Gentiles quidam maiori sententia sanitate damnauerunt. *tom. 2. col. 6.*

Semper philosophia, quemadmodum mater hæreticorum fuit, ita rerum diuinarum arcanis definiendis adhibita, mater errorum est. *tom. 2. col. 8.*

Nam ex puris philosophiæ Aristotelicæ principijs tota hæresis Pelagiana, & Semipelagiana fabricata est. *tom. 2. col. 25.*

Philosophia hæresum pæne omnium, Pelagianæ potissimum, mater. *Index tom. 2. tit. Philosophia.*

Philosophiæ diuturnum studium Theologiis periculosum. *ibid.*

Philosophi hæreticorum Patriarchæ. *ibid.*

Philosophicæ ratiunculæ sunt pugiunculi parricidiales. *ibid.*

Philosophia Theologiam ex cathedris pæne deturbauit. *Tr. Philosophia.*

Aristotelici Theologi minus rectè sentiunt, quàm Platonici philosophi. *ibid.*

Scholastici Aristotelici in plurimis hallucinantur. *Tr. Scholastici.*

Aristotelis principia multorum errorum origo. *Tr. Aristoteles.*

Aristoteles Pelagianorum prodromus, & patronus. *ibid.*

Aristotelica philosophia quærens libertatem arbitrij essentialiter adstruit bicornem, cum Pelagianismo proscripta est. *ibid.*

Philosophia præsertim Aristotelica seminariū multorum errorum, eam plenis buccis concrepant Pelagiani; & cum iis damnata est, quoad assertionem libertatis ad vtrumlibet bicornis. Ad eam nihilominus recurunt passim Recentiores pro hauriendâ notitia liberi arbitrij, contemptis Ecclesiæ promptuarijs. *ibid.*

Aristotelici magis, quàm Augustiniani sunt, qui prædeterminationem physicam ad Angelos viatores & protoplastos innocentes extendunt. *ibid.*

Supra modum admiranda illa quorundam Philosophorum recentiorum inmodestia, qui instar leporum leoni mortuo insultantium, simul atque ratiunculâ quapiam se armatos putant, capitales doctrinas eius aduersus Pelagianos constantissimè traditas, & à summis Ecclesiæ Præfibus toties comprobatas, quas neque cum illa sedulitate, quæ oportebat, librorum videlicet omnium excussione diligenti, scire studuerunt, nec vilo modo earum fundamenta penetrarunt, tam insolenter inuadunt, eumque (Augustinum) caliginis, ignorantia, temeritatis, erroris, ac tantum non hærescos Pelagianæ redarguere non verentur. Quorum noui, plumbeique pugiunculi, si immobili isti rupi, detectâ aliquando genuinâ veritate, quam ipse docuit, illiderentur, fortassis arma omnia repercutilla obtu-

obtusaque manibus exciderent, nec aliud exarmatis præsidium, nisi pernicacia, aut palinodia superesset. tom. 2. col. 43. & 18.

Facultas Theologica Louaniensis anno 1519. in decreto contra libros Lutheri, ita inquit: Post exactam & diligentem examinationem cõperimus, præter insignem detractionem Phi-

losophiæ & omnium Doctorum qui fuerunt ante annos quadringentos, etiam continere asserciones oculos falsas &c. Propter quæ censimus librum ipsum ac omnes & singulos tractatus eius, in quibus hæc vel horum aliqua continentur, damnandos... ignique cremandos.

CORONIS

Continens Encomiorum omnium in recentiorum Theologiam epitomen.

Theologia recens magnoperè ad humanæ rationis modulom, & Philosophiæ gentilis regulas concinnata... tanto intervallo, ab Augustini Theologia discrepat; ut vel ipse Augustinus, quantum hallucinari in grauissimis rebus potest, multipliciter hallucinatus sit; vel si Augustinus diuinarum rerum veritatem, eum de aliis multis capitibus, tum præcipuè de gratia & prædestinatione contra Pelagianos iuxta Catholicæ Ecclesiæ sensum docuit, Recentiores isti profectò tantum ab ostio veræ Theologiæ, fide saluâ, aberrauerint; ut neque fidem Christianam, (quam animo, ut Catholicis tenent) neque spem, neque cupiditatem, neque charitatem, neque naturam, neque gratiam: eamque neque Angelorum, neque hominum, neque stantium, neque lapsorum, neque sufficientem, neque efficacem, neque operantem, neque cooperantem, neque præuenientem, neque suble-

quentem, neque excitantem, neque adiuuantem, neque vitium, neque virtutem, neque opus bonum, neque peccatum, neque originale, neque actuale, neque meritum, neque mercedem eius, neque præmium, neque supplicium creaturæ rationalis; neque beatitudinem, neque miseriam eius, neque liberum, neque seruum arbitrium, neque prædestinationem, neque effectum eius, neque timorem, neque amorem Dei, neque iustitiam, neque misericordiam eius; denique neque vetus, neque nouum Testamentum intelligere videantur: sed Babylonicam quamdam confusionem, Cimmerialque quasi tenebras in Theologia moralis faciem, nimium rationationibus indulgendo, intulisse. tom. 2. col. 61. & 62.

Dicas rogo Iansenius (qui solus sibi videtur nouisse omnia) nihilne super sit alicubi, quod Theologia recens intelligat



CENSV.

CENSURÆ IANSENIANORVM
 CENSURÆ ET INVECTIVÆ
 IN PATRES ET ORDINEM SOCIET. IESV
 DECERPTÆ
 EX LIBELLIS QVOS IANSENIANI
 SVB NOMINE QVERIMONIAE TYPOGRAPHI
 VVLGARVNT.



Mice Lector, ne quid elegantiarum deesset, Censuris & Inuectiuis Iansenij subiungimus syllabum earum, quas ex Zegerianis querimoniis excerpimus, & stulos oratorios D. Ioannis à Lapide. Nam cum hæc doctrinam Thesum nostrarum Ianseniani carpere vix potuerint, nedum Magistri sui dogmata cum Tridentino conciliare; cumq; à propositionum in Baio da-

mnatarum, atque heterodoxorum parallelis eximere se posse desperauerint; id nunc ferè tantum agunt, vt de Thesum acrimonia querantur & quiritentur. & quamquam hac in re D. Hieronymi acerrime contra Ioannem Hierosolymitanum dimicantis auctoritate & exemplo satis tueri nos possimus, vt tamen appareat à quammoderatis viris nimia arguamur acrimonia, placuit hoc specimen dare modestie Iansenianorum.

Ex Querimonia 1. editionis.

Inter alias phrasas quibus hoc Libello occulti quidam Ianseniani sub idiota Typographi nomine latitantes Societatem Iesu pro sua beneuolentiâ exornant; hæc imprimis amice lector inuenies.

Pag. 9. Hæc sunt vulnera, quibus se domi confodiunt Cadmæi fratres; aduersus alios, si minimo digito tangantur, tam vocales & clamosi.

Pag. 10. Falsis laudibus conantur aliis antecurrere.

Pag. 16. Patrum Societatis impetum animorum & splendidissimam bilem dicunt.

Pag. 17. Contaminauerunt se (inquunt) Patres contumeliosissimis istis Thefibus.

Pag. 18. Patres Iansenium toto libro acerbe si non crudeliter dilacerant.

Pag. 21. Disputationes nostras Theatrales vocant.

Pag. 22. Insolentissimas Thefes.

Pag. 25. Ceteros omnes famosarum Thefium mendos & errores corrigere longum foret ac difficile, & quo sapius aut plurimum oculi eas inspiciunt, densiores & magis enormes maculas in iis reperiunt. SS. PP. verba perperam, decreta Conciliorum quo non vident, per vim detorta, Iansenio quæ non co-

gitauit afficta, aliæque multa cum deformata & vitis illis indigna, &c.

Ex 2. Editione.

Pag. 21. Vocant PP. Societatis, Obrectatores Iansenij.

Pag. 23. Attribunt illis intemperiam.

Pag. 25. Dicunt crassissimam ignorantiam aut scotomate denso prohibitos fuisse, quo minus lucem viderent in legendo Iansenio.

Pag. 25. Animosissimi homines cæco impetu vnguib; dentibusque hostem inuadunt, nec pensi quidquam habent, modo apud pueros, aut ignatos victoriae plausum reportent.

Pag. 25. Arguunt totum ordinem mordacitate hæc verbis: Sanctæ Societatis regulæ id quidem præscribunt (ferre patienter iniurias) & feruant fortasse, quibus dentes adhuc lactei, aut senectute edentuli sunt, mediæ ætatis homines acri dente, & mordentes se strenuè remordent.

Pag. 39. Nominant nos, Dialecticos thefium fabricatores.

Pag. 49. Infaustarum Thefium conditores. *ibid.* Thefes Augiæ stabulum & fimerum. Ex

Ex 3. Editione.

Pag. 18. Pueri sunt qui ista loquuntur, *scilicet homines Societatis.*

Pag. 31. Numquam bellior materia exercendi stylum, & ipsorum (*Societatis hominum*) petulantiam.

Pag. 35. In ipsos accusatores crimen illud (*impositura*) expressissimè redit.

Pag. 36. Modò non nimis sepe sua beneficia... improperarent reip. Christianæ, modò sub isto lato & magnifico prætextu non nimium sumerent licentiæ.

Pag. 40. Qui pessimo exemplo tam incomparabilis & sanctissimi Episcopi fidem suspectandam orbi theatralibus suis disputationibus propinant.

Pag. 40. Nos adulatores Principum, *haud obscure nominant.*

Pag. 43. *Auctores Thesum* verba, sententias, sensus, contorquent, mutant, conturbant; *Scriptionum scilicet, Conciliorum & SS. Patrum.*

Pag. 46. Falsum autem & omnino fabulosum est quod narrant Thesum architecti.

Pag. 48. Verba Iansenij callidissimâ arte detruncant Thesum fabri.

Pag. 51. Thesum confarcinatores.

Pag. 52. Animosè & ferociter inelamant.

Pag. 68. Thesum rapsodi imponunt Iansenio.

Pag. 69. Nec effrenem Thesum licentiam imitari volumus.

Pag. 69. *Theses*, sepulchrum dealbatum, foris speciosum, intus plenum ossibus mortuorum.

Pag. 69. Hæc verba Iansenij aduersus frontem suam recitant cæci illi rapsodi.

Pag. 75. Repuerascere dicunt Societatem iubilariam tam puerilibus scriptis.

Pag. 80. Thesum animosi & sublimes illi architecti.

Pag. 83. *Quis* David tam audax vt leuet fundam aduersus istum Philistæum? *id est R.P. Perrum Viuerum.*

Pag. 84. O verè mortua & Echo dantis sine mente sonos verba, *R.P. Viueri scilicet.*

Pag. 84. Quæ de Baio deinde & Baianis regarrit Echo, nugæ sunt.

Pag. 85. Cetera quæ fabulatur stridula Echo, tædet rescribere: pleraque enim apertè falsa, aut vana ridiculaque sunt; *Responsa scilicet R.P. Viueri.*

Pag. 88. *Theses* quæ Episcopum tam atrocibus suspicionibus lacerant, tot contumeliis & scommatibus sacrosanctas infulas conculcant.

FLOSCVLI ORATORII

EX LAVDATIONE FVNEBRI IANSENII,

DICTA IV. MAII

A R. D. F. IOANNE A LAPIDE

PRÆMONSTRATENSI.

P. 7. **Q**ui (*Patres Societatis*) nuper portentosis Theſibus, auſi ſunt earum iacere iacula calumniarum, quibus & gloriam nominis eius (*Iansenij*) & S. Auguſtini exiſtimationem non parum ſauciarunt.

P. 9. *Illam* inquit, iniurioſarum Theſum iſtarum machina.

P. 13. *Vocat* nos Theſes prodigioſas.

P. 14. *Vocat* nos Theſum nouarum acerboſ profuſores.

P. 15. Scholas noſtras proſtitula famæ Pontificum à Deo electorum.

Ibid. *Dicit* nos paſſionum colorato perſpiceſiſſoſ in legendo Ianſenio.

P. 16. Præiudiciali conuiciorum pondere

obruiffe Ianſenium.

P. 17. *Theſes* iniuſtam Præfulis oppreſſionem.

Ibid. *A nobis* Episcoporum famam eſſe diſcerptam.

Ibid. Nos graui ſcandalo infirmorum conſcientias percuffiſſe.

Ibid. Theſum diuulgatione tantam conſcientiarum illatam eſſe cladem, vt fructus omnis perceptus, ex quibuſlibet per Theologos Societatis Collegij Louaniensis editis libris, tanto diſpendio facile ſuperetur.

P. 18. *Insultat* Societati his verbis: O præclara Iesv Societas! Cur maculam hanc dedisti in gloria tua? Cur præuaricaris legem Domini

mini tui, cuius nomine gloriaris, ædificans scandalum in destructionem per Theses istas?

Ibid. Vocat Theses imperitas, malitiosas, nomine nostro profus indignas.

P. 19. Offendicula pusillorum.

P. 21. Thesium figmenta nouarum, in quibus multa quæ à veritate, plura quæ à religiosâ modestiâ, plurima quæ à debità sanctissimo Patri Augustino reuerentiâ obseruantiaque abhorreant.

P. 31. *Carpit nostram, vt vocat;* apud potentes sæculi irrequietam instantiam.

Ibid. Non ignorabat, ait, Iansenius contumeliarum nimbos, conuiciorum tonitrua, dirarum ac maledictorum fulmina in se famamque suam posthumam intorquenda.

P. 33. Vocat amarissimas Theses.

P. 42. Dicit Aduersarios Iansenij (Iesuitas scilicet,) falsâ, maledicta, contumelias protulisse.

Societatis ergo homines, vt paucis multa complectar, calumniatores, iniuriosi, acerbi conuictores, iniusti oppressores, alienæ famæ decerptores, grauius scandalosi, præuicinatores legis Domini sui, imperiti, malitiosi, sui ipsorum adulatores, apud potentes sæculi irre-

quieti, contumeliosi, maledici, amarissimi, falsarii. Quid huiusmodi in Thesibus illis, de quibus tor querimonia? Et hæc quidem ille Amicus noster. Iudica, queso, Lector quisquis equus es, an D. Iamnes à Lapide, nec factio à nobis nec verbo lesus, imò multis iam inde à puero beneficiis, seipso teste, cumulatus, merito in illos potissimum declamatur, ac eloquentiæ suæ specimen ingratus discipulus exhibere voluerit, à quibus accepit, vt loqui posset: iudica, inquam, an is vir ille sit, quem se ipse depræcat, modestus, & partium studio non laborans, nec turbulento passionum actus impetu, qui Theses inter nostras publica voce vocat portentosas p. 7. inuoriosas p. 9. prodigiosas p. 13. imperitas p. 18. malitiosas p. 18. indignas p. 18. amarissimas p. 33. Qui doctissimos Patres Thesium auctores ac Præsides vocat calumniatores. p. 7. Thesium nouarum acerbos proculores p. 14.

Qui scholam nostram Theologicam vocat protubulum famæ Pontificum à Deo electorum. p. 15.

Qui denique tam multa in nos declamat proba, quorum seriem paulò antè explicatam habes. Hæc, inquam, omnia expende mi Lector & iudica, meritorie nos immodestie arguat D. Iamnes à Lapide, vt scilicet ipse tam modestus.

HAbes, amice Lector, specimen aliquod modestiæ Iansenianorum, qui grauius Societatis nostræ Patres vocant Cadmeos fratres; duros, asperos, mordaces, censores; impetuosos; cæco impetu actos; splendidissimam habentes bilem; obtrectatores; intemperie laborantes; impostores, vel certe crassissimâ ignorantia aut stotomate denso impeditos; laudum, etiam falsarum appetentes; planum victoria apud pueros ignarosq; captantes; Principum adultores, & eorum auribus falsissimisurrantes; sua beneficia impropereantes Ecclesiæ.

Thesium verò doctissimos Auctores ac Præsides vocant cecos rapsodos; constancinatores; callidissimos Thesium fabros; dialecticos fabricatores; animosos illos, & sublimes architectos; falsa & omnino fabulosa narrantes; qui verba, sententias, & sensus Scripturarum, Patrum, Conciliorum contorqueant, mutant, conturbent; qui verba Iansenij callidissimâ arte detrucent, eundemq; toto libro acerbe, si non crudeliter, dilacerent.

Theses denique ipsas vocant insolentissimas; effrenes; famosas; infaustas; theatrales; ardentes; infames; contumeliosissimas; sepulcrum dealbatum, foris speciosum, intus plenum ossibus mortuorum; fimetum, & Augiæ stabulum numquam satis expurgandum.

Hæc elogia sunt, quibus modesti illi homines Ianseniani Societatem Iesv exorant, & Iansenium suum verbo vno atque altero duriore compellatum grauisime & implacabiliter indignantur.

Arogantia non est, quod Iansenius uiuens ex S. Augustino usurpabat, querere, aut asserere veritatem. Sed an modestia, difficillimam questionem, inter precipuos Ecclesie Doctores tot seculis agitatam, & adhuc in-
decisam, suo vnus iudicio velle definire?

CENSURA S. AVGVSTINI.

Quod inter tot ac tales finitum non est, intolerabilis arrogantia est per se solum finiri posse præsumere.

l. i. contra Cresconium c. 4.

In Cornelium Iansenium an aptè cadat, qui neque Philosophiam, neque Theologiam in omni vita professus, tamen absolutum de grauissimâ questione iudicium usurpauit, prudens Lector arbitrare: simul animaduerte quid in primarium Iansenij patronum, qui suos nu-
per Iansenianos à publicis disputationibus auertit, ad iniuriosas querimonias, & ad funebres (dicam? an funestas?) laudationes impulit, quid, inquam, in eum iam tum olim protulerit idem sapientissimus & modestissimus Doctor

S. AVGVSTINVS


Ipse videris, cuius partes agas, qui mea verba velut conuiciosa & sæua criminando, eos, quos ad disputandum conuenire non vis, ad litigandum niteris excitare. *lib. 3. contra Cresconium c. 79.*


Veritas manifestanda est, nec errores dissimulandi.

AD MAIOREM DEI GLORIAM.


Polce
Dei
T. III


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.






Reise
des
Herrn
von
1711





Becco
De D...
T...
• IIII





BOSCO
DE DEO
ET FIDE

Th
447a

Bosco
De Deo & Fide
Item
Theles varia.
.D IV
7